

CONCILIUM REGIENSE

Anni a Christo 459.

asserentibus sed obstantibus Antiochenorum Episcopis, sibi que injuriam fieri postulantes. Ipse iste Joannes hoc intendens praefecturam suam Ecclesiarum Orientis iisdem limitibus concludi, quibus ipsa Orientis praefectura civilis, eisdemque quindecim numero Provincias sibi in Ecclesiasticis rebus subesse, quas in civilibus complectitur Orientis Praefectus, quas inter provincias inubilitata res est Cyprum Insulam recenseri. Atque ita per illam, quam Cyprum Ecclesia sibi arrogat immunitatem, infringi ac violari Nicanae sacrosanctae Synodi canonem sextum, decernentem Antiochenae Ecclesiae illibata servari & custodiri privilegia. Post Nicenam Synodum contigit illa Antiochenae Ecclesiae divisio, inter tres invicem dissidentes Episcopos, quorum singuli Antiochenam sibi Ecclesiam vindicabant. Eorum Arianae partis Episcopum, & Meletium atque Paulinum ambos Orthodoxos. Eadem enim divisio Episcopos Cyprum anam ac fiduciam praestitit, se ab Antiochenae Ecclesiae praefectura subtrahendi, quasi incisiis cuinam duorum Catholicorum, qui sibi Antiochenam assererent Ecclesiam, subesse deberent, & justam metuendi causam habentibus, ne idem schisma Ecclesias quoque Cyprum involveret. Hae itaque controversia admodum in incerto fluctuavit. At dirempti illo per mortem concurrentium una duorum Antiochenorum Episcoporum discidio, eadem Antiochena Ecclesia olim nonnihil labefactata, priorem in statum redintegrata fuit, scribente ad Alexandrum ejusdem Episcopum Innocentio Papa I. epist. 18. cap. 2. *Cyprus asserit olim Arianae impietatis potentia fatigatus non servasse Nicenos canones in ordinandis sibi Episcopis, & usque adhuc habere praesumptum ut suo arbitratu ordinent, neminem consulentes. Quocirca persuademus eis, ut juxta fidem canonum curent fidem Catholicam sapere, atque unum cum ceteris sentire Provincias: ut appareat Spiritus sancti gratia ipsos quoque, ut omnes Ecclesias, gubernari.* Cyprum nihilominus, postquam Sanctus Epiphanius Salaminae Episcopum Metropolites ad superos concessit, frustra obtinentibus a Joanne Antiochepo Legatis, secumque conspirante quasi in communi cum Joanne causa Comitum Orientis Dionysio, sub cujus praefectura Cyprus constituta erat, qui & armatorum copias ad Praesidem Cyprum Theodorum transmisit cum mandato ad ipsum, ut per vim militarem impediatur, ne dum vacat Salaminae sedes, alius in ea suscipiatur Episcopus, quam is quem sacra Synodus Ephesi regia auctoritate indicta susceperat, & consecrandum duxerit. Alias scripsit praeterea litteras ad Clericos Constantiae in Cypro constitutos, ne quemquam defuncti recens Episcopi loco eligant, aut ordinari curent, nisi de sententia proximae celebrandae in Epheso Synodi. Milites mandato Dionysii absentis & Theodori praesentis exciti ad prohibendum, ne ad electionem conveniretur, gravem suscitaverunt tumultum apud Clerum, & plebem, quae recurrente arma, & vim illatam propulante, copiosus utrinque sanguis effusus est. Ipse quoque Epiphanius dum vigeat Antiochena inter Episcopos simulas, & emulatio, sola Salaminensium electione Cypriorumque Episcoporum spontanea manuum impositione legitur promotus & ordinatus Salaminensium Metropolitae. Paucos canones ista Ephesina Synodus prociudit, ad rem duntaxat, pro qua conventum fuerat, Nestorii ejuisque haeresis attingentes. Decretum vero quo exempti sunt a potestate Antiocheni praesulis, decreto hujus Synodi Antistites Cyprum, & qui eis praerant Constantiae Metropolitae, usque eo invaluit, ut postea Leo Papa Magnus, quamvis studuerit Antiocheno Patriarchae pristina jura restituere, quibus jam usque a Nicena Synodo, aut etiam altioribus temporibus potiebatur, ut ex ejus constat ad Maximum Antiochenum epist. 62. nullatenus tamen sanctionem hanc Ephesinam valuerit labefactare. Unde Cyprum Metropolitae perpetuo sibi ascrivere nomen, quo dicti sunt *αὐτοκράτορες*.

3. Eadem rursus contentio recruduit sub Zenonis Imperio, sed statim sopita fuit inventione qua tunc temporis contigit facti corporis Barnabae Apostoli: cum enim Petrus dictus a Graecis Cnaepheus, Latinis Fullo Antiochiae Patriarcha praefectus Ecclesiae suae jura in Ecclesias Cyprum niteretur instaurare; ex divina revelatione effossa fuere sancti Apostoli sacra ipsiana cum Evangelio Matthaei, quod Barnabas ipse suapte manu exsciperat, ad pectus admoto: quo evento Zeno commotus voluit deinceps Ecclesiam Constantiae in Cypro censeri Apostolicam, & ab Antiocheni potestate immunem: ut fident faciant Cedrenus in Zenone, & Nicephorus libr. 16. c. 37.

1. **T**Ria sunt ejusdem fere denominationis oppida. Rhegium in extrema Bruttii agri parte situm Siculo freto, qua parte Italiam alloit, conterminum, dictumque a Graeco *ρῆγνιον*, quod est *frangere*, quoniam veteribus persuasio inoleverat, Siciliam quondam terrae Italicae cohaesisse, temporibus autem succedentibus maris impetu abscissam ab Italiae terris ac divulsam fuisse. Oppidi hujus accolae ab illa Graeca voce cum aspiratione & littera u Graeca dicti fuerunt Rhegyni. Est aliud oppidum Regium abque aspiratione denominatum in ea Italiae parte, quae Gallia Cisalpina, & Amilia vocatur, haud procul Parma & Mutina distans, quae nunc regio Longobardia ab ejus invasoribus Longobardis appellatur. Idem oppidum a Lepido instauratum, dictum ejus nomine fuit Regium Lepidi. Tertium in Gallia Narbonensi secunda, cujus quondam Episcopi fuerunt Maximus, & Faustus, qui ex Insula Lirinensi prodierant. Sidorius vocat Rejos oppidum istud, & Antoninus in itinerario Rejensem oppidum collocat in secunda Narbonensi Provincia sub Aquis Metropoli. Atque hoc ipso loco habitum fuit de quo agimus, Concilium.

2. Regiensis seu Rejenis hujus Concilii sextum canonem profert, de exequiis defuncti Episcopi a viciniori Episcopo celebrandis, Concilii Valentini in Hispania can. 2. Praecipuum Regiensis Concilii convocandi causam dedit Armentarii ordinatio in Episcopum Ebrodunensem triplici defectu laborans, contra formam a Niceno quarto canone praescriptam, ut scilicet fiat Episcopi consecratio a tribus saltem Episcopis, & cum comprovincialium Episcoporum consensu, intervenienteque auctoritate Metropolitani. At vero Armentarium duo tantum Episcopi studiose conquesti furtim ordinaverant, citra comprovincialium Antistitum consensum, spretaque Metropolitani, seu Primatis Arelatenis auctoritate. Ebrodunum quidem statuitur Alpium maritimarum caput, & Metropolis in itinerario Antonini Augusti. Sed privilegia, quibus Constantinus Magnus Imperator Ecclesiam Arelatensem in gratiam Episcopi Marini decorari expetierat, Arelatenis metropoles jura, & dignitatem ad finitimas etiam Provincias propagarunt. Ideoque utramque Narbonensem, primamque Viennensem, & Alpes maritimas diu complexa est Ecclesia Arelatenis. Unde etiam factum est, ut huic praefederit Concilio, in quo de Episcopatu Ebrodunensi agebatur, atque adeo in oppido ad secundam Narbonensem pertinentem Provinciam Hilarius Arelatenis Episcopus sedente Romae Sixto III. Pontifice anno 439.

3. Primo & secundo canone irrita declaratur Armentarii ordinatio, & decernitur ut alius Ebrodunensis Ecclesiae secundum canonem praescripta Episcopus praeficiatur. Et ut duo qui ordinare ipsam praesumpserant, deinceps ordinationibus, & Conciliis Ecclesiasticis abstinuant.

4. Tertio canone prohibetur Armentario intra Provinciam Alpium maritimarum consistere: permittit tamen ut extra illam liceat Episcopo, quicunque voluerit, aliquam illi de suis Parochiis, aut habitandam, aut etiam sub nomine & officio Chorepiscopi administrandam concedere; in qua si non administraret, peregrina communione fruarer; quae scilicet peregrinis in aliena Ecclesia versantibus, necdum tamen in communione Ecclesiasticam admisis, pro quotidiano victu indulgebatur. Sed si in Ecclesiae ministerium admittatur ab Episcopo, eo eventu in canonem seu matriculam illius Ecclesiae conscribatur, & stipendiorum ejus particeps fiat. Qua in re conformare se Niceno canonem profertur, quo Catharorum, id est Novatianorum Episcopis ad Ecclesiam regredientibus locus, & administratio Chorepiscopi permittitur.

5. De Clericis vero quos ordinarer Armentarius, sic decernit quartus canon, ut si quidam ex ipsis deprehendantur excommunicati, omnino deponantur. De reliquis vero in arbitrio sit Ebrodunensis Episcopi, vel eos in Ecclesia sua retinere, vel ad locum transferre, quem incoler Armentarius.

6. Quod vero indulget Armentario quintus canon, ut in ea quam nactus fuerit Ecclesia, liceat ei neophytos confirmare, virginesque consecrare, cum haec ambo munia sint Pontificalia, inde colligi ac inferri potest, consecrationem Armentarii a duobus factam Episcopis fuisse quidem illicitam, sed validam tamen ac sufficientem. Ceteroqui enim non potuisset Concilium hanc illi conferre potestatem, caractere carenti Episcopali. Vide qua superius ad Nicenum quartum canonem fusius disputavi.

CON-

CONCILIUM ARAUSICANUM I.

Anni Christianae Epochae 441.

1. **A**RAUSIO civitas est Cavarum, pertinet ad inferiorem Provinciam Viennensem sub Metropoli Arelatenis: duabus haec Synodis tota Ecclesia celebris nobilitata fuit, quarum haec prior convenit anno 441. sub Leone Romano ejus nominis primo Pontifice, Theodosio juniore in Oriente, & Valentiniano tertio in Occidente Imperatoribus. Praesedit Hilarius Arelatenis eique assedit Eucherius, quem Baronius non dubitat fuisse celebrem illum ejus nominis Episcopum Lugdunensem; certe ambo iisdem vivere ac florere temporibus, prodieruntque ambo ex Lirinensibus Insulis. Primus Concilii canon sic statuit.

Can. I. *Hereticos in mortis discrimine positos si Catholici esse desiderant, si desit Episcopus, a Presbyteris cum chrismate & benedictione consignari placuit.*

2. Can. II. *Nullus ministrorum, qui baptizandi recipit officium, sine chrismate usquam debet progredi, quia inter nos placuit semel in baptismo chrismari. De eo autem qui in baptismo, quacumque necessitate faciente, non chrismatus fuerit, in confirmatione Sacerdos commonebitur. Nam inter nos chrismatis ipse non nisi una benedictio est. Non ut prejudicans quidquam dico, sed ut necessaria habeatur chrismatio repetita.*

Ita habetur cap. nullus ministrorum 125. de consecr. dist. 4. Canonem istum sic enodat glossa Decreti ad haec ejus verba: *Non prejudicantes.* Dixi ante Confirmationem chrismatum baptizatum: nec tamen per hoc praedecimus: quin si antea factum non fuerit, postea fieri debet: id est non praedecimus quin in alio tempore, quam in confirmatione possit haec chrismatio fieri in vertice. Deinde ad verba, *Necessaria habeatur chrismatio.* Videlicet ut in alio tempore non fieret in vertice ejus chrismatio: saltem tunc non praeremittatur, quia necessaria est. Sit igitur canonis hujus haec analysis: Cum saepe contingat, ut nondum baptizatus inopinatio in mortis discrimen incurrat, debet Parochus secum assidue sacrum chrisma deferre, ut quum tale periculum occurreret, praesto sit simul ad baptizandum & chrismandum. Sed si occurrit periculum fuerit aliquis privatim baptizatus, non tamen chrismate delinitus, ac deinde periculo ereptus sacramentum Confirmationis desideret, admonendus erit vel Episcopus, quem faceret litterae sanctique Patres plerumque solo Sacerdotis nomine significant, aut Episcopo administrer Sacerdos, cui onus incumbit explorandi & praestandam confirmationem, ut sic praemonitus duplicem curet adhiberi chrismationem; in vertice quidem unam, quae caeremonialis, & anteaquam Baptismo defuit; & in fronte alteram, qua consignetur Confirmationis Sacramento. Ambas enim Sacra Synodus judicat esse necessarias chrismationes.

3. Ea porro fuit veteris Ecclesiae consuetudo, ne duae illae chrismationes longe a se invicem disjungerentur. Nam etiam in Baptismo quodocumque urgens vite discrimen non compellebat stata anni tempora, & Episcopi praevenerent praesentiam, praeter verticis inunctionem, frons etiam baptizati ad Confirmationis sacramentum linebatur, ut docent innumera Patrum testimonia. Amalarius Fortunatus Episcopus Treverensis libr. 1. de Offic. Eccl. cap. 27. postquam docuit statim a baptismo unendum esse in vertice neophytum, ita subiungit: *Sicut in gestis Pontificalibus legitur Silvestrum instruisse, ut a Presbytero ungeretur chrismate neophytus in cerebro.* Deinde scribit, *hanc fieri unctionem a Presbytero, Episcopo etiam praesente; cum tamen solus possit Episcopus dare baptizatis Spiritum sanctum per manus impositionem, unendo chrismate non in vertice, sed in fronte.* Super quo historiam perhibet Philippi Diaconi non valentis Spiritum sanctum Samaritanis a se baptizatis conferre, quia neque Apostolus erat, neque Pontifex. Unde necesse fuit ad istud officium mitti Petrum & Joannem Act. Ap. c. 8. Constat ex Florentino & Tridentino Conciliis, solum Episcopum esse Confirmationis ministrum ordinarium. Docet vero S. Thomas 3. p. q. 72. art. 11. extraordinarius Confirmationis ministrum posse ex Romani Pontificis delegatione simplicem esse Sacerdotem. Idque probatur ex Gregorio Magno libr. 3. epist. 26. ad Januarium Episcopum Calaritanum sic loquente: *Ubi Episcopi desunt, ut Presbyteri etiam in frontibus baptizatos ungere debeant concedimus.* His enim verbis citatur a Gratiano cap. pervenit, dist. 93. atque a S. Thoma: quamvis alii quidam aliter legendum velint. Testatur quoque vetustus; sed tamen S. Ambrosio ascriptus *Cassianus, Notitia Ecclesiastica.*

falso commentarius in omnes Pauli epistolas, in quo istud habetur: *In Aegypto Presbyteri consignant, ubi non est Episcopus.* Quin etiam hujus Concilii can. 1. vale, haereticum hominem subita mortis periculo conversum, si desit Episcopus, *etiam Presbyteris chrismate & benedictione consignari.* Verbum *consignari*, & circumstantia *Episcopi absentis*, arguunt hanc esse Confirmationis chrismationem. Similiter Concilii Toletani primi canon 20. demandat Presbytero chrismationem, Episcopo absente. Nonnulli tamen volunt chrismationem illam esse caeremonialem, non vero sacramentalem Confirmationis; veruntamen Amalarius supra citatus docet, hanc fieri chrismationem caeremonialem a simplici Sacerdote, Episcopo quoque praesente, cum sit merum baptismi accidens, cujus est simplex Sacerdos minister idoneus.

4. Observanda porro sunt haec Amalarii verba sub finem praefati cap. 27. *Ut ab Episcopis solis unguatur per manus impositionem, ab Apostolis acceptum est.* Et ista ejusdem, *solus potest Episcopus dare Spiritum sanctum per manus impositionem, unendo chrismate non in vertice, sed in fronte.* Quibus perspicue declarat ipsam Episcopi actionem, qua frontem manu sua illinit, esse ipsam illam manus impositionem, qua juxta Act. Ap. c. 8. conferebatur per Apostolos Spiritus sanctus. Et ibi quidem v. 18. *manus* in singulari impositio exprimitur, quia sacra haec unctio fit unica manu. Licet hoc Sacramentum alibi dicatur manuum impositio, id nihil obest, quia de pluribus Apostolis loquitur; & sic de pluribus manibus dexteris, tametsi singuli unicam manum adhiberent. Addit Amalarius Fortunatus, per istam manus impositionem efformari crucem super fidelibus, eadem faciei parte ubi Pontifex Aaronicus in lamina aurea insculptum gerebat Dei nomen. Itaque uno eodemque contactu in Confirmatione manus imponitur, frons chrismate mystico linitur, & signum crucis efformatur. Inaniter itaque recurrit nonnulli Scriptores ad specialem Christi dispensationem, ut praesens Ecclesia usum omiserit manus impositionis hoc in Sacramento; quam usque adeo visibilem advertere nequiverunt. Concludendum demum est iste articulus Innocentii Papae primi notatu dignissimo rescripto, ep. 1. ad Decentium Episcopum Eugubinum art. 3. cujus haec sunt ipsa verba: *De consignandis vero infantibus manifestum est, non ab alio quam ab Episcopo fieri licere. Nam Presbyteri licet sint Sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. Haec autem Pontificibus solis debere; ut vel consignent, vel Paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo Ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio Actuum Apostolorum, quae asserit, Petrum & Joannem esse directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum sanctum. Nam de Presbyteris, seu extra Episcopum, seu praesente Episcopo baptizant, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eadem oleo signare, quod solis debetur Episcopis, cum tradunt Spiritum Paracletum.*

5. Canon III. praescribit, ut qui poenitentiam acceperunt, si ea necdum praedicta in vite discrimen deveniant, communicent Eucharistia viatico absque solemnium manus impositione illa, quae non nisi integre poenitentia functis concedebatur. Adeo ut si convaluerint, in pristinum regrediantur poenitentiae statum, donec completo tempore praestituto solemni impositionem, seu summam reconciliationem accipiant. Haec eadem pridem edixerat Synodus Nicena can. 13. *καθ' οὗτο δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἕτους ἐν ἑκάστῳ χρόνῳ ἂν ὑπάρχοντες μισοῦμεν ἰν ἁγίῳ πνεύματι τε καὶ ἐπιτάχοντες ὑποτάξαι τὰς εὐχάριστης τῆς ποινήτης. Omnimodo autem de quolibet quomodocumque vita excedente & Eucharistia participationem petente, Episcopus cum examinatione obligationem ei imperat.* Synodus similiter Ancyranam can. 6. & Agathensis can. 11. Concilium etiam Carthaginense quartum can. 76. 77. & 78. & Innocentius Papa primus ep. 3. ad Exuperium Tolosanum Episcopum cap. 2. quibusque in vite discrimen adductis reconciliationem & Eucharistiam indulget.

6. Can. IV. *Poenitentiam desiderantibus Clericis non negandam.*

Concilium Toletanum XIII. can. 10. etiam Pontifices & Sacerdotes publicam poenitentiam suscipere posse, salvo gradu & ordine, decernit, dummodo mortalium criminum nulla se publica professione notaverint. Constat ex diversis Cypriani epistolis, ejus tempore Clericos Africanos fuisse poenitentiae publicae obnoxios. Esti vero permulti Canones illam Clericis interdicit, ea tamen praxis non fuit omnium temporum, neque omnium Ecclesiarum. Invis superius quae circa vel interdicitam, vel permissam Clericis poenitentiam differui ad Concilium Carthaginense IV. can. 68.

K

7. Can. V.